



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

LXXII. Hermannvs IV. LI. Arch. XXXV. Elector.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

siæ Marchione interceptus, annis 3. in captivitate libertatem desideravit anno 1480. inter ærumnas mortuus an. 17. Elector. Mortui cadaver Bonnam translatum, diuturno tempore sepulchrum haud impetravit.

LXXII. HERMANNVS IV. LI. ARCH.
XXXV. ELECTOR.

Hermannus Hassiæ Landgravius cognomentum Pacifici sibi accersivit pacem servando & bella vitando. Atque hac potissimum arte tantum vicit & sibimet devinxit subditorum plurimorum animos, ut etiam anno 1489. in Paderbornensem Episcopum delectus, nemini non placuerit, præcipue cum universi Hermannum scirent in pauperum catervas esse adeo largum atque benevolum, ut iter faciendo mendicabulorum manipulis vias publicas impleverit, haud immerito *Pater Pauperum* cognominatus. Si suo tempore Comitiam Imperii Hermannum in remotiores urbes Coloniâ avocarunt, passim consueverunt multi dicere, nequaquam multis inquirendum esse, ubi domicilium haberet Elector Hermannus: custodias enim ejusdem esse copiosos pauperes, totam latè viciniam implentes, & urbe tota Hermannum celebrantes. Non minus liberalem sese exhibuit ædibus sacris, quas auro & argento aliisque donis exornare in deliciis erat Archipræsuli virtutis studiofissimo, quem post Sedis annos 28. an. 1508. ad tumulum copiosis lacrymâs profecuti sunt cujusvis status ac generis viri fœminæque.

SECVLVM XVI.

LXXIII. PHILIPPVS II. LII. ARCH.
XXXVI. ELECTOR.

Philippus II. Comes Ebersteinius, ut multorum technas & prava eluderet consilia, nobilium non paucos Electori
Z 2 Colo-